

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Ad Daniam [Epigram]

Citation: Brahe, Tycho: "Ad Daniam [Epigram]", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 214. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54808/facsimile.pdf> (tilgået 19. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Jura illis, qui jura regunt, sunt ludicra jura,
Unde Polos repetens terras Altræa reliquit. †
Quin tua (crede mihi) tandem bona caula patefcens
Clara triumphabit nullis obnoxia technis.

[E codice Vindobonensi lat. 10686^s; cf. codex Vindobonensis lat. 10702 fol. 158^r et hujus editionis tom. VIII p. 274]

AD DANIAM EPIGRAMMA. 10^r

SUBTRAXTI reditus, laudes et temporis ufum,
Pluraque tentabas, Patria, damna mihi:
At ego, dante DEO, superans incommoda quæque, 10
Confcius et redi, nil tamen ifta moror.
Ingenio genioque meo comitorque fruorque:
Dania, in hæc poteras juris habere nihil.
Reftituit reditus, laudes et temporis ufum,
Pluraque præftabit Cæfaris ampla manus. 15
Ergo ingrata vale, mea Patria, Patria jam fit,
Quam mihi clementer, magne RUDOLPHE, dabis,
Donec in abftrofis fine fine et limite cœlis
Ad Patriam æternam, te duce, CHRISTE, ferar.
T. B. feci, cum primum Bennachiam five Venetias 20
Bohemorum veniffem menfe Augufto
anni 1599.

SUPRA JANUAM OBSERVATORII IN ARCE CÆSAREANA
BENNATICA.

Quæ renuere alij, RUDOLPHUS facra SECUNDUS †25
Huc Clemente manu tranftulit VRANIÆ.
Aufpicijs igitur luftrent nunc CÆSARIS orbem:
Claret ut ille folo, clareat ille Polo.
Dum Cœlum et ftellæ, dum Sol et Luna manebunt,
Hinc tibi perpetuo nomina, CÆSAR, erunt. 30
Gratiaque Altrorum Authori fit fumma, quod altra
Exilium in terris non tolerare finit.

T. B. fecit.

SUPRA JANUAM NOVI LABORATORII IN EADEM
ARCE BENATICA. 11^r
35

Pyronomæ fecreta Artis, quæ Terrea verfat,
Ætheris afriferi viribus æquipara,
Huc quoque RUDOLPHI traduxit cura SECUNDI, †
Hæc alijs pariter dum reprobata forent.

Ergo